UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

6. De Baptismo Christi. Matt. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

le eos ad patefacienda publicè peccata, & ſuſcipiendum nouum baptiſmi ritum adduxerit. 2. conſidera humilitatẽ Ioannis, qui cum tantum nomen ſanctitatis obtinuiſſet, tamen non ſe effert, non prædicat, ſed vt Chriſtum extollat, eiusq́; patefaciat diuinitatẽ, ſe pedibus eius ſubmittit. Nimirum probè norat ad veram ſanctitatem imprimis pertinere, honores, & magnam nominis exiſtimationem contemnere, & ſe omnibus propter Chriſtum ſubjicere.

MEDITATIO VI.

De Baptiſmo Chriſti. Matt. 3. Marc. 1. Luc. 3.

IESVS venit à Nazareth Galilææ in Iordanem ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo. Conſidera filium Dei, ſimulatq́; parentibus & mundo valedixit, incedere ſolum, ſine ſocijs, (qui tamen habere poterat in comitatu multa angelorũ millia) miſcere ſe turbæ publicanorum & peccatorum, atque ſi vnus eſſet de populo, ſubiicere ſe Ioannis magiſterio, vt ab eo baptizetur in pœnitentiam & remiſſionem peccatorũ: cum ille prorſus eſſet peccati expers, nec pœnitentia egeret, imo eſſet magiſter omniũ, qui ſolus baptizaret in Spiritu ſancto.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ĉto. Nos autem licet peccatis pleni, volu-
mus videri gloria & honore digni, aliisq;
imperare. 2. Conſidera, Chriſtum nunquã
ſe in actionibus ſuis exhibuiſſe, vel oſten-
taſſe tanquam eximium & ſingularem ho-
minem, ſed ceteris ſimilem: vnde voluit
more aliorum circumcidi, in templo præ-
ſentari, & nũcà Ioanne baptizari, vt dicas
in omnibus actionibus etiam ſpiritualibus
te aliis accommodare, nec peculiaria pri-
uilegia tibi vendicare ob doctrinã ſapien-
tiam, opes, induſtriam.

2. *Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego*
à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Re-
ſpondit IESVS. *ſine modo, ſic enim decet*
implere omnẽ iuſtitiam. Conſidera, quantus
ſtupor inuaſerit humilem Ioannem, cum
videret hoc modo Saluatorem mundi ve-
nientẽ ad ſe, cogita, quomodo magno ſpi-
ritu ei occurrẽs, ſe ſtatim ad pedes eius pro-
iecerit, dicens. *Ego à te debeo baptizari, &*
tu venis ad me? Abſit, abſit, vt ego audeam
te baptizare, creatura vilis creatorem, ho-
mo Deum. 2. conſidera, quomodo vicißim
Chriſt⁹ humiliarit ſe corã Ioãne, quomo-
do ambo non de prærogatiua honoris, do-
nos ſed humilitatis & abiectionis, cõten-
derint. 3. conſidera Chriſtũ cõplementum
iuſtitiæ vocare, ſi ſubmittat ſe Ioanni ho-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt, creator creaturæ; quæ ergo erit iuſtitia noſtra, dum non ſolum contemnimus inferiores, ſed etiam ægré ſubmittimus nos æqualibus aut ſuperioribus?

CHRISTVS *à Ioanne baptizatus mox aſcẽdit de aqua, eoq; orante apertũ eſt cœlũ, & S. ſanctus in ſpecie columbæ deſcendit in ipſum, & vox audita: Tu es filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Conſidera, quomodo rex angelorũ non reformidat ſe in cõſpectu hominũ veſtibus ſpoliare, & aquã intrare, obſtupeſcẽtib. angelis, & veſtes ſubleuantibus. Deinde quã trepide Ioãnes ſequatur, & aqua caput Chriſti deuotè perfundat. 2. cõſidera ꝓpter hãc ineffabilem Chriſti abiectionẽ ruptũ cœlũ, effuſos ex eo angelos, vt nuditatẽ eius operirent. Et q; homines nõ capiũt tantã humilitatẽ, voluit De⁹ declarare voce cęlit⁹ miſſa, hãc virtutẽ eſſe, qua ſibi maximè cõplacuit in Chriſto 3. cõſidera, deſcenſu colũbæ indicari, Spiritum S. illabi illis, qui ꝓprietates habẽt colũbę. Nã velut illa vtitur gemitu pro cãtu, nõ ferit roſtro caret felle nõ habet vngues recuruos, & educat pullos alienos æquè ac proprios: ſic homo perfectus dolet de peccatis, famã nullius lædit, eſt iræ odijq; expers, nil alienũ vſurpat, neceſſitatib. ꝓximi æquè ac ſuis ꝓſpicit. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN